Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in necessitatib· in angustijs
in plagis· in carceribꝰ· in sedi
tionib· in laboribꝰ· in vigilijs
in castitate· in scia·
in longanimitate· in suauita
te· in spiritu sancto· in caritate non
ficta· in verbo veritatis· in virtute
dei· per arma iustitie: a dextris
et sinistris· per gloriam et ignobi
litatem· per infamiam et bona
famam· vt seductores: et ve
races· sicut qui ignoti· et cog
niti· Quasi morientes: et ec
ce viuimus· vt castigati: et non
mortificati· Quasi tristes:
sed semper gaudentes· sicut egen
tes: multos autem locupletan
tes· tanquam nichil habentes:
et omnia possidentes· ℟ An-
gelis suis mandauit de te vt custo
diant te in omnibꝰ viis tuis ℣ In
manibꝰ portabunt te ne vnquam
offendas ad lapidem pedem tuum·
℟ Qui habitat in adiutorio al
tissimi in protectione dei celi commorabit
℣ Dicet domino suscceptor meus es·
et refugium meum deus meus sperabo
in eum ℣ Quia ipse liberauit me de
laqueo venantium et a verbo aspero·
℣ Scapulis suis obumbrabit te
et subpannis eius sperabis ℣ Scuto
circumdabit te veritas eius non timebis
a timore nocturno ℣ A sagitta vo-
lante in die a negotio perambulan
te in tenebris a ruina et demonio
meridiano ℣ Cadent a latere tuo
mille et decem milia a dextris
tuis et ad te non appropinquabit· ℣
Quia angelis suis mandauit de
te vt custodiant te in omnibus
viis tuis ℣ In manibꝰ portabunt
te ne vnquam offendas ad lapidem
pedem tuum ℣ Super aspidem et
basiliscum ambulabis et conculcabis
leonem et draconem ℣ Quoniam
sperauit in me liberabo eum protegam eum·
quoniam cognouit nomen meum ℣ Invo-
cauit me et ego exaudiam eum
cum ipso sum in tribulatione ℣ Eripi
am eum et glorificabo eum longitudi
ne dierum adimplebo eum salutari su
am et ostendam illi salutare
tuum· Secundum Matheum·
Illo tempore Ductus est ihs in
desertum a spiritu· vt tempta
retur a diabolo· Et cum ieu
nasset quadraginta diebus
et quadraginta noctibꝰ post
ea esuriit· Et accedens tem
ptator· dixit ei· Si filius dei
es· dic vt lapides isti panes
fiant· Qui respondens dixit
Scriptum est non in solo
pane viuit homo· sed in omni
verbo quod procedit de ore dei·
Tunc assumpsit eum diabolus